



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 6. De remediorum, & pœnitentiarum varitate accommodata varitate  
peccatoru[m] capitalium,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78322)

re medio inestimabilis ineffabilisque excellentiæ ac infiniti valoris, intelligitur quantæ malignitatis morbus, peccatum sit, ac quam graue sit debitum, quod tanto pretio fuit soluendum.

In quibus, vt & in aliis proponendis semper habenda est prudenter ratio capacitatæ & dispositionis penitentis. Vnde, vt idem à Graphiis habet in fine eiusdem cap. 31. illis qui videbuntur minus ad ista idonei imponendum potius est, vt aliquid pium legant vel Dei verbum audiant. Qui etiam recte addit, iis qui peccato affueri sunt, non per vnam sed per plures hebdomadas talia exercitia esse iniungenda. In quibus omnibus interna virtus docebit timoratum & cum Deo coniunctum Confessarium. Cui etiam debet cura esse, Penitentem ipsum animare ad iniuncta constantiter exequenda; resistendo fortiter diabolo tentanti: diffisilem enim initio tantum futuram pugnam; quia vires pugando crescent & hostes debilitabuntur; iuxta illud D. Iacobi cap. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. [Caveat igitur in re tanti momenti negligenter agere & primas partes aduersario concedere. In Christi auxilio humiliter confidat cum Apost. dicente ad Philipp. 4. Omnia possum in eo qui me confortat.]

## CAPVT VI.

De remediis, &amp; Penitentiarum varietate accommodata varietati peccatorum capitalium.

## S V M M A R I V M.

- 57 Aduersus luxuriam puncta consideranda.  
58 Cautela adhibenda.  
59 Penitentia imponenda.  
60 Remedia aduersus gulam.  
61 Aduersus eandem imponenda in Penitentiam.  
62 Penitentia à Confessario inculcanda aduersus acediam.  
63 Penitentia peculiare ad laborantibus imponenda.  
64 Aduersus auaritiæ remedia.  
65 Penitentia auaritiæ imponenda.  
66 Remedia aduersus superbiam.  
67 Penitentia ad laborantibus imponenda.  
68 Remedia aduersus inuidiam.  
69 Penitentia apte aduersus eandem.  
70 Remedia aduersus iracundiam.  
71 Ratio ferendi patienter alterius iram.  
72 Penitentia iracundiæ imponenda.  
73 Imponenda blasphemantibus seu maledicentibus Deo, aut ipsius Sanctis quod plerumque fit ex ira.  
74 Admonitio pro vitiis antedictorum.

Quia praxis nobis propofita exigit, vt quantum fieri potest ad particularia descendamus, subiciemus antedictis, quæ aduersus peccata capitalia tanquam noxias radices ex quibus cætera pullula vt, possunt peculiaria remedia adhiberi & in penitentiam apte imponi.

Contenti autem erimus iis quæ à Gasparo Loarte tradita sunt in instructione Confessariorum lib. 2. cap. 21. & aliquot sequentibus: tanquam profectis à viro, tum pio, & docto; tum etiam in istiusmodi praxi multum exercitato. Ad quæ alia quidem addi possent, sed diligentia, sicut & prudentiæ Confessarij multa relinquenda sunt; ita vt sufficiat attingisse ea per quæ is sufficiens dirigatur: præsertim cum prolixitas nimia, in re alioqui relicta arbitrio, fastidium parere soleat. Adde opus nuper editum à Ioan. Bufço, quod inscribitur *Aratigior*, ei qui volet suppediatum abunde tam sacræ Scripturæ, quam Patrum autoritates, accommodataque exempla.

## Aduersus luxuriam particularia remedia &amp; penitentia accommodata.

Primum dicemus de luxuria, terro & abominando crimine, passim hominibus adeo familiari, vt dici merito nunc possit, quod de tempore diluuii dictum est *Genesis* 6. Omnis caro corrupta erat vitam suam. Quod crimen grauissimum est perniciosissimumque omnium, cum non tantum animam iniiciat, sed ipsum quoque corpus corrumpat: ideoque bonos & zelo diuini honoris seruantes Confessarios decet diligenter nauare operam, ad communem eam pe-

stem curandam, atque pluribus aduersus eam instructos esse remediis qualia memoratus Loartes adfert: tam puncta consideranda, quam cautela à Penitentiæ adhibenda.

Quorum punctorum primum est: quantum malum pro momentanea voluptate, luxuria inuehat & in animam & in corpus. Illam enim præ cæteris peccatis mortalibus de spiritali statu dimouet, obtenebrans intellectum, & voluntatem deprauans per vehementiam passionis; ita vt subacta mancipataque corpori, reuocetur à perfecta voluntate quærendi Deum (quo nomine suffocare semen verbi Dei censetur, ex cap. 8 D. Lucae vers. 14.) ineptaque fiat ad spiritalia, ac tantum sapiat quæ carnis sunt, homine quasi in bestiam degenerante. Corpori vero præter illud de quo *1. Corinth.* 6. Qui fornicatur, in corpus suum peccat: adfert vitæ diminutionem, virium debilitationem, formæ deturpationem, bonorum temporalium dissipationem, aliaque multa incommoda, quæ patent experientia. Quibus accedit iuxta illud *1. ad Corinth.* 6. Neque fornicarij, neque molles, neque masculorum concubitores, &c. regnum Dei possidebunt: reatus gehennæ, omnia pena grauioris; cuius timorem Dominus nobis commendat *Matth.* 10. versu 28. Reputet ergo quisque momentaneum esse quod delectat, & æternum quod cruciat.

Secundum est, vt occurrente carnis tehratone, habeatur in memoria præsentia Dei, & sancti Argeli custodis: quos tantæ turpitudinis facinus latere non possit: de quo instinctu ipso naturæ contingit erubescere coram quocumque viro honesto: etiam iis qui sunt perditis moribus. Recordetur tanquam Christianus, quod sit templum Spiritus sancti, quod qui violauerit disperdet illum Deus ex priori ad *Corinth.* cap. 3. Quæ violatio insinuat verbis eiusdem Apostoli 2. ad *Thessal.* cap. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione & sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione. Item voluptatis amans cogiet longè amabiliorem esse illam de qua in *Psalm.* 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.]

Tertium est: si quantum cumque fame pressus recusas vt cibo, cui scis admixtum esse venenum (iuxta illud *Iob* cap. 6. Non potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem) cur non re spues delectationem carnis adferentem animæ æternum interitum?

Quartum est (naturam huius detestandi vicij esse, vt quò diuini in eo perseueratur eò magis cruciet desiderio insatiabili: vt prope æstum libidinis non restinguens, sed magis ac magis inflammans, tanquam igois qui tanto magis inflammatur & ardet, quanto plus fomenti acquirit: vnde ipsum flammam, tanquam à facie colubri fugiendum est, & excutiendum à se, tanquam ignis illapsus in sinum.)

Prima cautela Penitenti præscribenda, est vt studiosissimè euitet conuersationes & occasiones quas ante habuit tentationum; vt otium, quia multam malitiam docuit otiositas *Ecclesiastici* 33. Aspectus item & tactus: quia mors accedit per fenestras nostras *Ierem.* 9. Itemque consuetudinem cum personis suspectis, præsertim illam, quæ est solius cum sola, aut cum turpiloquis: quandoquidem corrumpant bonos mores colloquia praua *1. Corinth.* 15. Ac de reum nimiam curam carnis (cui indulgere est hostem domesticum perniciosè armare) aliaque pericula & causas vitæ talis turpitudinis: cuius tentationem fugiendo potius, quam resistendo superari D. Thom. 2.2. *quest.* 35. art. 1. ad 4. annotat per illud *1. Corinth.* 6. Fugite fornicationem.]

Secunda cautela est, vt tentationum initis resistatur. Si enim pate fiat illis aditus oblectando se in eis, ita præualebit, vt nequeant sine magna difficultate postea expelli. Magna igitur adhibenda est cura, & vigilandum vt exortæ statim repellantur (quod est, ex *Psalm.* 136. paruulos suos tenere, & alidere ad petram) concepto timore Dei: cuius iram tali peccato pecculariter accendi, patet ex cap. 6. *Genesis*: vbi habetur, quod tactus intrinsecus & penitens se fecisse hominem in terra, dixerit, Delebo hominem quem creauit, à facie terræ.]

Tertia cautela est: vt si quis per incuriam permiserit tentationem in carne sua radices agere, cõfugiat ad Dominum; in timo cordis affectu petens ab ipso auxilium, seque beatissimæ Virgini, & Angelo suo custodi, aliisque Sanctis commendat: memot quod non possit esse continens nisi Deus der. *Sapient.*

8 Intereaque carnem ipsam dolore aliquo afficiens per quem conceptus ardor extinguatur: simulque mente recolens acerbissimas gehennæ flammæ, quibus efficitur obnoxius præbendo consensum carnali oblectationi: ac simul quid de se dicat S. Apostolus in prioribus ad Corinthios 9. Castigo corpus meum & in feruiturem redigo, ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Denique commendatum habens frequentem, cum debita præparatione, usum Eucharistiæ, tanquam rei, quæ iuxta Zachariam in cap. 9. Frumentum est electorum & vinum germinans Virgines.]

Pœnitentiæ autem in eiusmodi peccatum prolapsis; iniungendæ sunt potissimum quæ carni castigandæ deferuiant: ut ieiunare, superflua in cibo & potu refecate per abstinentiam & sobrietatem, verberatione aut cilicis, humicatione, aut durioris strati vsu carnem domare, vigilare, summoque mane surgere, templâ obire cum deuotione; hospitalibus inferre, ægrotis ministrare, fœtoremque sordidorum locorum perpeti, & id genus alia: quibus caro subigitur, refrænatur, ac spiritui subicitur. Diuitibus autem & aliis infirmioribus, qui harum carnis macerationum non videbuntur capaces, elemosinæ sunt commendandæ, quibus pauperes foueant puellis indotatis subueniatur ad matrimonium inueundum, orphanos nutrant, in studiis alant, aliaque similia opera faciant pro condicione & facultate cuiusque. Misericordes enim misericordiam consequuntur à Domino: cui non minus facile est internam eam lepram mundare, quàm fuit externam, quando ei dictum est, Domine si vis potes me mundare. Math. 8.

*Aduersus gulam.*

60. **P**ro remediis aduersus hoc peccatum inculcari possunt Pœnitentiæ sequentiæ. Primum est, talis peccati perniciosis; de qua in sacris literis habentur exempla. Gula enim matris Euzæ, fuit perditio humani generis Gen. 3. Lot vir alloquiustus per ebrietatem eo delapsus est, ut cum propriis filiabus commisceretur. Gen. 19. Ob gulam Esau iure suæ primogenituræ excidit, Gen. 25. Holofernes vino obrutus à Judith truncatus est capite, Judith 13. Herodes denique in suo natali inter epulas caput Diui Ioannis Baptistæ præcepit amputari, Matth. 14. Eandem perniciem ostendunt etiam tum temporalium bonorum iactura; tum varij corporis morbi, quos atque adeo mortem ex eo peccato provenire medici testantur, & experientia satis docet. Adde quoad animam, patet esse in eam aditum vitii omnibus, & intercludere virtutibus, ut ipsa quoque experientia docet. Vnde Dominus Luc. 21. præcipit, ut attendamus nobis, ne forte grauentur corda nostra in crapula & ebrietate.

Secundum est: breuitas voluptatis, quæ ex hoc peccato percipitur: nec enim diutius durat, quam quam diu editur & bibitur, cibisque aut potus ab ore in fauces delabitur, nullo perseverantæ vestigio perceptæ voluptatis; imo si modus excedatur, continuo præsto est molestia. Nam stomachus se ciborum onere prægrauat, fastidioque affectum lenit, cruditas & alia incommoda sequuntur.

Tertium est multiplex fructus quem proferunt contraria abstinentia; ex qua quoad corpus, proveniunt sanitas, vita longa, alacritas, dexteritasque ad quodvis opus, compendium sumptuum, cura, labor, molestiaque minor. Quoad animam vero, aptitudo ad orandum, contemplandum, studiis vacandum, ad vitanda peccata, & se à viciis virtutes, &c.

Quartum est: evitatio occasionum huius vitij nempe iuxta illud Proverb. 23. Nollesse in coniviis potatorum, nec in commessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt non versari cum epulonibus & remulentis; fugere conuiuia, in quibus modum servare difficile est; præsertim in iis in quibus superuacanei sumptus fiunt in cibo & potu: de quibus consultum est ne cogitare quidem.

Quintum memoria fellis & aceti, quo Christus in passione potatus est: & temperantiæ qua ipse & ipsius Discipuli vsi sunt: atque sancti illi Patres qui putabant vitiosum cibo cocto vesci, ut non raro D. Hieronymus in suis Epistolis meminuit. Adde & pauperes, qui in toto terrarum orbe plurimi cum fame & siti consistunt.

Sextum est, expectatio cœnæ cœlestis. Decet enim in huius mundi quasi ientaculo sobrios non esse, ut in illam cœnâ

admissi, mereamur faciri ab vberitate domus Dei & torrente voluptatis illius inebriari, iuxta dictum Davidis in Psal. 35. Quibus adde statum abominabilem eorum quos ad Philip. 3. flens, dicit inimicos crucis Christi; quorum Deus venter est.]

Pro pœnitentiis particularibus aduersus idem peccatum imponi hæc possunt: aliquo die ieiunare aut abstinere: allquam diu sibi temperare à rebus, quarum vsus expeditur, magis causa voluptatis, quam necessitatis; vt ab aromatibus, condimentis, fructibus & à cæteris quæ irritant gulam: potissimum autem ab iis, quibus maxime quis delectatur. Iniungi etiam posset admixtio alicuius rei amaræ in memoriam amaritudinis, quæ Christus in cruce sitiens sensit: quoniam tale quid à Sanctis factitatum inuenitur, vt à S. Francis cum cibum suum aspergeret cinere: Davidis imitatione dicentis in Psal. 101. Cinerem tanquam panem manducabam.

Excedentibus in potu potest iniungi, vt ad tempus ab vsu vini abstineant, aut illud aqua probe dilutum & parcius bibant, neque extra mensam bibant. Item quoties bibitur sunt, præsentia Dei meminerint & aliquid orationis occulte ac nemine aduerente, fundant. Potest etiam iniungi Pœnitentiæ vt quoties in tale peccatum lapsus fuerit; allquam pœnitentiam sibi imponat, quam exequatur sequenti die: vt parcius ac tardius cibum sumere quam vellet, aut cibus vt vilioribus, vel male paratis aut aliud pœnitentiæ opus facere.

*Aduersus acediam seu pigritiam.*

61. **A**cedia peccatum est non leue, dilectioni Dei & pietati contrarium: tanquam tedium quoddam, & tarditas in rebus spiritualibus ac ignavia quædam ad bonum inchoandum, & inchoatum perficiendum. Ei quem Confessarius senserit hoc morbo laborare, remedia hæc adhibebit. Primo, proponet meditandum quam breue sit huius vitæ tempus, concessum ad opera meritoria præstanda: ex quo tamen pendeat quidquid per omnem futuræ vitæ æternitatem sibi euenturum est; & de quo coram Christo Iudice redditurus sit strictissimam rationem.

Secundo, in memoriam ei reducet quantos labores subeant, quot discrimina deant homines dum diuitias & honores sectantur: quanta sollicitudine, aulici principibus placere & eis seruire studeant; bonum autem nullum esse maius æternæ salutis: nullumque esse dignius diuina maiestate: ita vt maxime quemque pudere debeat, negligentem esse in diuino obsequio.

Tertio, inculcabit labores assiduos, molestias, orationes, aliaque pia exercitia tum Christi & Sanctorum, tum etiam multorum adhuc in sancta conuersatione inueniunt: vt quod illi facere consueverunt, ipse quoque gnanter faciat, cum eandem quam illi expectet mercedem.

Quarto, incitabit ad æstimandum seculum, quod præsens dies ipsi supremus sit: quandoquidem incertus est de crastino: dicente Domino Matth. 25. Vigilate quia nescitis diem neque horam. Dicat ergo apud se: incertus de crastino: Cur hunc saltem diem, mihi forte vltimum, non impendâ vt debeo: percepturus ex breui hoc labore æternæ gaudij præmiat nonne in medio incendio, aut in procelloso mari constitutus; omnem diligentiam adhiberem, ad quam primum inde me eripiendum: multo magis conuenit, me nunc vigilantem ac sedulum esse qui versor inter tot pericula æterni incendij & submersiois in profundum infernalis abyssi.

Quinto, admonet acediæ profligandæ laborem, ostendere se præcipue initio: si quis enim æternæ salutis desiderio motus, sibi vim aliquâ faciat; consuetudine, magis ac magis difficilis minuetur, nec ipse amplius tædium illud experietur quod sentit initio. Ad quod tædium leuandû; si ipsum perseveret, consulendum est vt exercitia mutet: nempe si in meditationibus aridum se ac frigidum comperiat, transeat ad vocales orationes faciendas: sique nec inde gustum percipiat, occupet se in aliqua lectione, vel in aliquo studio pio. Si denique nec tunc afficiatur, aggredietur aliquod corporis exercitium, opusve misericordiæ: sic vt nunquam desinat

die se dedat, oratione se torpere sinat.

Pœnitentiæ peculiare est eidem peccato accommodare he-  
assignantur. Prima est, vt aliquo hebdomadis, aut mensis die,  
dum præsertim ab illo ignaio spiritum se oppugnari animad-  
uertit, virum aliquem Religiosum inuariat, cuius in Deo co-  
lendo zelum, flagrantque studium perfectum habet: cum  
quo communitur ac conuersetur; quia talis conuersatio cum  
hominibus zelo pietatis flagrantibus, solet in aliorum ani-  
mis similem zelum accendere, & in nimium remissis muta-  
tionem aliquam adferre.

Viter autem commercium carnalium hominum, mun-  
danis delectis deditur; quod magnam præbere solet istius-  
modi reiterationi occasione.

Secunda est, cum immoderatus cibus & potus, ac somnus,  
inutiliaque colloquia istud peccatum magnopere promo-  
uere soleant, ad obuiandum ei malo, certum ieiunium, aut  
vigilia, aut silentium imponatur.

Tertia est, exercitium aliquod manuum domi aut foris  
peragendum, quod Pœniti ipsi congruat, & frugiferum  
sit pro ipsius statu & conditione.

Quarta, sub noctem exquirere, An elapso die fortassis o-  
tio indulerit, & conscius talis defectus, pro vnaquaque hora  
vltiosè ac inutiliter transacta, minimum dicat deflexo in terra  
vultu orationem Dominicam cum salutatione Angelica.

Quinta, vt quoties audit horæ pullum, apud se dicat, Esto  
memor rationis, quam Domino Deo redditurus es de hac  
horâ: hoc enim erit illi incitamentum ad horam sequentem  
vultit transigendam.

#### Aduersus auaritiã

**Q**uæ hæcenus dicta sunt pertinent ad bellum gerendū  
contra carnem, hostem nostrum domesticum: quæ iã  
sequuntur pertinent ad gerendum cum externo hoste, qui  
est mundus: istos assecras plerumque præcipitans in auaritiæ  
barathrum, quæ peccatum est commune tam diuitibus, qui  
opes suas immoderate amant & retinent; quam pauperibus  
qui nimia cupiditate inordinatoque modo incumbunt di-  
uitiis acquirendis.

Remedia vtriusque inculcanda, sunt primò quod ex Chri-  
sti Domini doctrina *Matt. 5. & 19.* amor studiumque pauper-  
tatis sit ad beatitudinem & perfectionem via. Illic enim di-  
citur: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum  
caelorum; & hic, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia  
quæ habes, & da pauperibus. ] Amor diuitiarum verò radix  
sit omnium malorum, vt dicitur in *priori ad Timoth. 6.* Vbi  
& additur. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem  
& laqueum diaboli. ] Spinz sunt diuitiæ (iuxta Domini do-  
ctrinam *Luc. 8. vers. 14.*) quæ acquiruntur conferuntur &  
amittuntur cum magis molestiis: sicut & spina in pedem  
intra, & manet in eo, ab eoque extrahitur cum dolore &  
molestia.

Secundò, quod in Christi famula à magni fiant, honora-  
tione sint, non qui diuitiis inhiant, sed potius qui illas sper-  
nunt eiusdem Christi exempli; qui in ipso ingressi in mun-  
dum pauperiam elegit, nascens in stabulo, eamque per to-  
tam vitam seruauit, non habens vbi caput suum reclinaret,  
actandem in morte ita coluit, vt nudus omnique humano  
solatio delectatus vitam finierit. Quod quidem in eumplum  
beatissima Virgo, Apostoli, reliquique Sancti studiosè seculi  
sunt. Et memorò cum auaritia sit quædam simulachrorum  
seruitus *ad Coloss. 3. vers. 5.* Ac facillius sit camelum per fora-  
me iacustransire, quam diuitem intrare in regnum celo-  
rum *Matt. cap. 19.* Nihilque profit homini, si totum mun-  
dum lucretur & animæ suæ detrimentum patiarur *ex præced.*  
*cap. 16. vers. 26.*

Tertio, quod huic transitorie breuique vitæ pauca ne-  
cessaria sint, & sufficiant: nempe victus & vestitus quibus  
nos contentos esse iubet Apostolus *1. ad Timoth. cap. 6. vers.*  
*8.* ita vt nihil opus sit tanta contentione & molestia: quantâ  
se fatigant diuitiarum amatores: præsertim cum Christus  
*Matt. 6.* promiserit talia esse adicienda iis, qui primum que-  
sierint regnum Dei & iustitiam eius. Itaque hortante Apo-  
stolo *ad Hebr. 13.* mores sint sine auaritia, contenti præsen-  
tibus. Ipse enim dixit: Non te deseram neque derelinquam,  
&c.]

Quarò, non immeritò Psalmistam monere *Psal. 61.* Di-  
uitiæ si affluant, nolite cor opponere; iam non modo volū-  
tatis desiderium non satiant, sed acerbè potius: sicut aqua salsa  
epora sitim, non exinguit sed accendit, eoque magis quò  
magis fuerit potata. Et ita, vnde solatium & quies quaeritur,  
inde molestia inquietudoque augentur, prout patet experi-  
entia. Quod qui in se agnoscunt, erubescant conquerente  
Deo *apud Ierem. cap. 2.* Duo mala fecit populus meus, me dere-  
liquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dis-  
sipatas quæ continere non valent aquas.]

Quinò, experientia quoque constare id quod ait Apo-  
stolus in *priori ad Timoth. cap. 6.* Nihil inultum in hunc mundum  
haur dubium quod nec auferre quid possimus. ] Nec quæ-  
quam esse quin dicere possit cum *Iob in cap. 1.* Nudus egres-  
sus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. ] Cum  
vno funerali linteo mandaberis terræ, sicut vides cæteris  
contingere, cur ergo tanta auaritate diuitiis congregandis &  
conseruandis incumbis, quas te oportet aliis relinquere, qui  
eas pro arbitratu consumunt, parum de te curantur, ac forte  
etiam tuam hanc irrisuram sollicitudinem: quæ te fecerit obli-  
uisci bonorum celestium, quorum comparatione nihil  
sunt totius mundi opes: ita vt meritò dictum sit *Eclesiast. 10.*  
Nihil nequius esse, quam amare pecuniam. ] Considera i-  
gitur hortante D. Gregorio in *homilia 37. in Euangelia:* quæ &  
quanta nobis promissa sunt in cælis, & vilescunt animo om-  
nia, quæ habentur in terris.

In penitentiam hoc crimine infectis Loartes ait im-  
ponendum: opulentis quidem ac diuitibus, vt eleemosynas e-  
rogent. Quod quidem continuato tempore fieri potius, etiã  
si parum datur, quam simul largiri multum, nonnumquam ex-  
pediet hoc nomine; quod ex assuetudine dandi se-  
pius eleemosynam, paulatim nascetur habitus liberalitatis,  
quæ est auaritiæ destructiua.

Addi quoque possit, vt hospitalia aliosque inopes visitet;  
vt videntes illorum miseriam & inopiam; de duritia sua ali-  
quid remittant, & ad misericordiam flectantur. Pauperibus,  
verò auaris qui ardent desiderio comparandi diuitias quæ  
non habent; iniungi potest ne cum diuitibus, præsertim auar-  
itiæ deditis, conuersentur: & caueant sibi ab inspectione pe-  
cuniarum opumque alienarum, ne inde inflammetur illa-  
rum cupiditate. Interdum quoque pauperiorum, quam ipsi  
sunt, domos ingrediantur; illorum necessitates & penuriam  
considerent; sique possint opulentur. Item vt aliquam in  
die vel hebdomada horam infumant meditando paupertati  
Christi inopis, ac nudum in cruce pendentis.

#### Aduersus superbiam

**Q**uæ sequuntur pertinent ad pugnam aduersus Diabo-  
lum, tertium nostrum hostem, nos prouocantem præ-  
cipue ad superbiam, odibilem coram Deo & hominibus; om-  
nis peccati initium vt dicitur *Eclesiast. 10.* Aduersus eam  
autem, cum sit appetitus inordinatus excellentiæ & præemi-  
nentiæ; remedia sunt, quæ vilem hominis conditionem mi-  
serumque statum ostendunt: nempe corporis quidem inter-  
na sceleritas, quam manifestant excrementa ex eo promanan-  
tia; squalor, incommoda famis & sitis, æstus & frigoris, mul-  
tiplicium morborum & ærumnarum; actandem mortis &  
corrosionis à vermibus. Animæ verò ignorantia & errores,  
vitiâ innumera, prauæ affectiones, timor, sollicitudo, meror,  
anxietas, & plurimorum peccatorum reatus: quibus miser est,  
& miserabilis, æternæ obnoxia morti: de qua in *Psal. 33.* Mors  
peccatorum pessima; & ad instar Diaboli facta nihili, iuxta il-  
lud in *sequen. Psal. 72.* Ego ad nihilum redactus sum & nesci iui. ]  
Deinde quamuis homo careret omnibus prædictis incom-  
modis, abundè miser & miserabilis efficeretur per ipsam  
superbiæ peccatum, cui Deus specialiter aduersatur, & uens  
maximè contrariæ humilitati, iuxta illud *Iacobi 4.* Deus su-  
perbis resistit: humilibus autem dat gratiam. ] Sic Luciferi &  
sequacium superbiam puniuit gehennæ supplicio æterno,  
*ex Isaiæ 14. cap.* Superbiam primorum nostrorum parentum,  
expulsionem à paradiso terrestri & corporali morte, aliisque  
innumeris calamitatibus *ex cap. 3. Genesis.* Ad quæ adiungi  
possunt exempla punitionis qua seuerè puniuit in hac etiam  
vita, superbiam tum Saulis *1. Reg. 15.* tum Roboam *3. Reg.*  
*12.* tum Nabuchodonoloris *Dan. 4.* tum Aman, *Esther 7.* tum

Antiochi lib. 1. Machab. cap. 6. & lib. 2. cap. 9. tum etiam multorum aliorum. Humilitatem verò beatissimæ Virginis vt excellentissimam, tanto beneficio cumulauit, vt ipsa Dei mater & dici & esse mereretur: exaltatur enim humiles vt ipsa proficitur in suo Cantico, & aperit Dominus pronunciauit Luc. 14. & 18.

Remedium quoque aduersus eandem superbiam est instabilitas & inconstantia eorum de quibus homo gloriatur: vt sanitas, pulchritudo, fauor, diuitiæ, nobilitas, & similia quæ fluxa esse, faciliè que euasere constat. Quæ verò iudicantur bona esse hominis solida, vt virtutes & bona opera, ille sibi tribuere non debet, sed illa Deo accepta referre; nec de illis gloriari: iuxta illud in priori ad Corinth. cap. 4. Quid habes quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? præsertim cum ipsa de se adeò imperfecta sint, vt ex ipsa cap. 64. censetur quasi pannus menstruata. Itaque (hortante Apostolo 2. Corinth. 10. Qui gloriatur in Domino gloriatur: non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.) Vana gloria vitanda est omnino studio, tanquam bona opera euacuans laude apud homines, & mercede apud Deum: quorum illud constat experientia, & hoc ex Domini doctrina, Matth. 6.

Remedium denique præter cætera efficacissimum, est, animo reuoluere exempla quæ Christus Sanctus Sanctorum, Rexque Regum dedit humilitatis in sua natiuitate, toroque vitæ suæ cursu, factus subditus beatissimæ Virgini, ac Sancto Iosepho: non dedignatus lauare Discipulorum suorum pedes, aliaque agere quibus doceret quæ à se discere discipulos suos voluit, cum dixit Matth. vndecimo. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. ] Quodque singulare humanæ superbiam antidotum est: humilitati semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis ] ad Philip. 2.

67. Pœnitentiæ laborantibus superbiam imponendæ, hæc assignantur. Quandoque in actibus humilitatis se exercere: simplicioribus & vilibus hominibus se adiungere: in inferiorem locum in mensa eligere, Hospitalia visitare, pauperibus & ægrotis ministrare, cibum porrigere, lectos sternere: vilia & contempnibilia ministeria obire. His autem quibus talia publicè facere displicerent; iniungi possent vt ea minimum in actibus priuatis exequantur. Item quando soli fuerint, humi se prosternant, semetipsos conuiciis & probris onerent humilitatis ergo: quod à D. Francisco factitatum habetur in ipsius vita. Præterea Rosarium recitent flexis genibus & ad vnamquamque orationem Dominicam, ac salutationis Angelicæ decadem osculentur terram.

Superbientibus autem aduersus parentes, aut Superiores, omnino tanquam medicinalis pœnitentiæ iniungenda est submissio & obedientia: per illud ad Hebr. 13. Obedite præpositis vestris & iubiaccete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddaturi: vt cum gaudio hoc faciant & non gementes: hoc enim non expedit vobis.]

#### Aduersus inuidiam.

Superbiæ inuidia comes est: vt in Diabolo superbo (cuius inuidia peccatum introiuit in orbem terrarum Sapien. 2.) sic in hominibus quos ad superbiam pertractos, inflammat inuidia seu merore ex aliorum profectu.

68. Aduersus quod peccatum, remedium potest esse. Primò, ostendere illius grauitatem: quæ patet ex eo, quod sit directè contrarium charitati, virtutum omnium præstantissimæ, & sine qua nihil sumus, nihilque nobis ad æternam salutem prodest ex priori ad Corinth. cap. 13.

Secundò inculcare illius perniciem: nam est instar vermis intra lignum nati, qui ipsum vndenatus est rodendo consumit. Vnde Prou. 14. dicitur: Putredo ossium inuidia ] simulque addere, ex aliis peccatis aliquid voluptatis capi; sed hoc cruciare corpus pariter & animam, ex temporalibusque pœnis, ad sempiternas abripere, priuando tum præsentis, tum futuræ vitæ gaudio, sine vilo necessitatis, vel vtilitatis motiuo.

Tertiò, exponere Pœnitentiæ quod inuidus similis sit furioso laceranti se propriis dentibus; illumque per antecedentia remedia studeat reuocare à superbiam: quæ procreat ipsam inuidiam, dum superbus ægrè fert alios sibi superiores aut æ-

quales esse. Illum item conetur amore terrenarum rerum (qui vtramque illud vitium generat & fouet) adducere ad amorem cœlestium, quæ sunt vera perpetuaque bona, omnibus bene viuentibus propostita: ad quorum fructuonem, quod plures admittuntur, eo singuli vberiore cumulatur lætitia, adeo vt nullus sit inuidiæ locus.

Quartò, inculcare magnæ cæcitatæ esse, amatorem propriæ excellentiæ tangi inuidiâ; per quam se profecturalio inferiore, aut non superiore: itemque se merore inuili vexare de eo, ex quo feruens charitate, posset lætici fructum capere.

Postremò, inducere ad expendendum se cum, quod inuidus pugnet cum naturæ lege, dictante non esse faciendum alteri quod tibi factum non sit.

Quia ergo inuidus nollet alios de suo bono triftari, nec ipse debet de alieno. Pariter inducere ad considerandum, quæ multa sint, quæ nos inuitant ad congaudendum aliis, de ipsorum bonis. Omnium nostrum vna est fides, vnum baptisma, vnus Deus & Pater omnium ad Ephes. 4. Vna omnium mater Ecclesia, omnes ex Adamo & Eva originem trahimus, & ad vnum finem tendimus, eandemque beatitudinem expectamus. Quæ omnia sunt motiua conciliatiua charitatis, & inuidiæ eliminatiua ab anima.

Pœnitentiæ quæ Infeclis hæc labe imponi possunt; dæz proponuntur potissimum. Prior, vt recitet Rosarium prois quibus inuidet, quosque odio habent; & dent operam, vt de eis bene coram aliis loquantur ac vbicumque ipsos deprehenderit accusatos & malitiosos traductos, quam si delictum possunt excusent, eos quandoque visitent; cum illis colloquantur, aliove officij genere ipsi gratificentur.

Posterior vero vt aliquoties animo intrinsecus Christum ligno crucis affixum, pro suis crucifixoribus orantem, ac sanguinem suum effudentem: simulque cogitent cum in quem odium vel inuidiam exercent, esse de numero eorum quos Christus ipse sanguine suo asperxit, & exiuit. Quæ et si inuito forte animo, ab ipsis inuito fient; vsu tamen ipso, & difficultas tolleretur & fructus cum voluptate percipiuntur.

Si ex inuidia sequuta sit detractio, monendus est Pœnitens de obligatione ad restitutionem famæ læsæ & inculcandum ei Tobia monitum in cap. 4. Quod oderis ab alio tibi fieri, vide ne aliquando alteri facias. ] Item quam indignum sit, os habere tanquam sepulchrum patens, ex quo emittantur foetores ad corruptendum bonum proximi odorem, sine vlla tua vtilitate: imò cum damno maximo: quæ quidem detrahendo, non minus ledatur propria, quam aliena fama: neque enim est qui bene sentiat de detractore.

#### Aduersus iracundiam.

Ad peccatum iræ diabolus quoque per superbiam excitat hominem; quod specialiter aduersus manifestitudinem, quam vt ab ipso discarnus præcipit Christus Matth. 11. Familiare autem est Principibus ac magnatibus: quibus in remedium proponi poterit primò, quam sit à ratione alienum exardescere irâ in alterum similis naturæ: cum ne quidem bestiis ferocibus tale quid vsu veniat, etiam si armatis à natura sufficienter ad nocendum; quod homini non est necessarium.

Secundò, ex tali immoderata ira sibi met multa mala inferreturpes enim vultu & gestibus, contempnibilesque effici, balbutire linguâ, ac in sermone hæere perplexos; iudicio in omni re destitui, non valere seipsum refrænare, ac cohibere: & cæteris fastidioso, offendiculoque esse.

Tertiò, propria delicta contra Deum commissa exigere vt longè maiora ipsi ferant, quam ea quæ Deo permitte cogitauerunt, ob quæ sic exardescunt. Proinde imitentur Davidis mansuetudinem, qui ex 2. Regum cap. 16. maledicentem sibi Semem non permisit occidi: maledictionemque tanquã Dei præcepto factam, cum humilitate & mansuetudine suscepit sperans se ideo misericordiam à Deo consecuturum.

Quartò, reuocent in memoriam Christi Domini patientiam, qui conuiciis probrisque appetitus, obmutuit, & dolores tantos actam inultos, tormetâq; grauissima innocenter perferens, non est comminatus neque conqueustus. Intuètes enim seipsos in tā lucido speculo, faciliè cognoscet, quam longè absint à mansuetudine requisita in vero Christi scætorum.

Quintò,

Quintò, ubi se exandescere sentiant, iram intus cōtinere ac compescere studeant, nec sinant foras erumpere. Recedāt ab iis contra quos irā commouentur, & se aliis negotiis applicent, seque Deo commendent, donec ira ipsa deferuerit. Vnde fiet v̄ magnam delectationem ex eo sentiant, quod nihil opere, aut verbo aduise sint, vnde ipsos p̄cēitisset.

Ad ferendam autem alterius iram patienter, quod necessarium est ad illam in seipso cohibendam: iuuabit primò, se à conspectu irati subducere. Secundò, si id non possit commode, iratum demulcere bonis verbis: quia responsio mollis frangit iram. ] *Proverb. 15.*

Tertiò, si neque hoc locum habeat, seruet silentium, donec irascens suam iram decoxerit, cogitando irati cerebrum de suo statu dimotum esse: ideoque locum esse commiserationi potius, quam indignationi: sicut & cum quis agitur futuri; iuxta illud quod communiter ira dicitur furor breuis.

Pœnitentiæ iis accommodatæ qui iræ succubuerint esse possunt, primò, vt orent pro iis quos offenderint, ac beneficiis proficquantur, vt benefaciendo compentent offensas: sicque iuxta monitum Apostoli ad Rom. 12. ignitos carbones charitatis congerant super caput ipsorum.

Secundò, vt interdum semetipsos afficiant conuictis & verbis iniuriis lacessant, exemplo D. Francisci, vt affluant scōmmata & dicitia contumeliosa aliorum excipere patienter.

Tertiò, cum ira (vt nonnunquam solet) admixtus fuerit affectus odij, & desiderij nocendi, iniungenda est consideratio verborum Domini *Matth. 6.* Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester celestis delicta vestra: si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. ] Quæ verba aperiè ostendunt deponendum esse odium & appetitum vindictæ ad cōsecutionem æternæ salutis: de qua nos assidue sollicitos esse debere, idem Dominus satis admonet in *seq. cap. 25.* inquitens Vigilate quia nescitis diem neque horam: ] Jacinter cætera prouidere, ne qui toties nostri miserus est, non miserentibus proximi exprobre illud *Matth. 18.* Seræ nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me Nonne ergo oportuit & te miseret conferui tui, sicut & ego tui miserus sum? ] ac tradat tortoribus.

Quartò, cum ex ira secutum fuerit homicidium præter restitutionem de qua dicitur *lib. decimo*, poterit imponi pœnitentiam longa peregrinatio sine viatico, vt sentiat pœnam Cain *Gen. 4.* cuius est imitatus nequitiam. Item iniungi exercitium operum misericordiæ in sepeliendo mortuos, visitando captiuos, hospitalium ministeria obeundo, orando, sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ piè vsurpando, procurando facta fieri pro eo quem trucidauit. Confessarius autem, cui talis casus referuatus fuerit, absolueri non debet ab eo, aut dispensare in irregularitate quæ ex eo sequitur: sed remittere ad Superiorem.

Quintò, cum ex eadem ira fuerit secuta blasphemia in Deum vel Sanctos (vt etiam solet) imponendam esse grauissimam Pœnitentiam Nauarr. habet in *Enchir. cap. 12. num. 83.* ex decreto Concilij Lateran. sub Leone 10. Ex Gaspharo autem Loarte in *memorato lib. 2. num. 28.* esse potest, vt 1. Rosarium B. Virginis recitet: & ad finem cuiusque orationis osculatus terram dicat, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto: aut, Sit nomen Domini, Sanctorumque omnium benedictum in sæcula sæculorum. Item, vt lingua signum crucis in terra imprimat, ad membrum male dictionis eâ ratione castigandum: Tertiò Litanias de nomine Iesu, & Beate Virg. quibus continentur laudes ipsorum, cum aliis precibus recite: aut si nō possit nesciens legere, vel alia de causa, illud sæpius vsurpet, laus, honor, & benedictio sit Deo & omnibus Sanctis. Quartò, vt aliquam pœnam sibi imponat, quam spōte subeat, quoties in tale detestabile peccatum relapsus fuerit; qualis esset os suum vel peccus ferire, terram osculari; psalmum aliquem vel saltem orationem Dominicam & Salutationem Anglicam recitare, eleemosynam aliquam largiri, aliquot verbera sibi infligere, ieiunare, proximo quoque tempore confiteri: aut aliquid aliud facere per quod maiore deinceps cura caueat sibi à tali lapsu. Extendat quoque ac vsurpet eandem pœnas, quoties incurrerit in occasiones talis peccati quas euitare debet: quales sunt alearium lusus, & consuetu-

do iurandi per Deum aut per ea quæ Dei sunt, & tixæ. Extēdat etiam, cum peierauerit, præsertim ex consuetudine temerè iurandi & cum male dixerit, seu malum imprecatus fuerit proximo, cum redditurus sit rationem de minimo etiam verbo otioso, ex *D. Matth. cap. 12. vers. 36.* Ne autem faciliè tam salutaris propositi obliuiscatur, quotidie ante somnum exquirat an eo die lapsus sit, sique se culpabilem inuenierit, pœnam propositam exoluat, antequam cubitum eat, aut si tunc non possit, sequenti die mane defectum illum suppleat.

Poterit adhuc induci, vt non tantum in sua, sed etiam in aliorum simili morbo laborantium, curatione operam collocet: eos quos audiuerit per iram iurare aut blasphemare, humane & commodis rationibus admonendo à maiorem Dei gloriam. Admoneri quoque seridè debet de abominatione istiusmodi peccati: quod tanquam rationem habens infidelitatis, grauissimum est, atque adeo deterius homicidio ex *D. Thoma 2. 2. q. 13. art. 3.* vnde si exhorretet se vel semel, mentem infidelitate, vel manus humano sanguine polluisse: quomodo non vereatur linguam concessam ad Deum laudandum & gratias ei pro beneficiis agendas, contaminare blasphemis: quibus non modò Deus grauissimè offenditur, sed etiam proximus quilibet, sensum aliquem pietatis erga suum creatorem habens, valde scandalizatur. Adeoque contaminare, absque vilo motiuo expectati emolumentum: quandoquidem nec vitilias nec voluptas potest inde accipi siue corporis siue animæ: imò verò possunt incommoda graui non modo animæ sed etiam corporis, in hac quoque vita: vt patet per illud *ex lib. 4. Regum cap. 19.* quod ob blasphemiam Sennacherib, vna nocte in ipsius exercitu, Angelo Domini percussente centum octoginta quinque millia perierint. Pax in regno esse non potest ei, qui cum rege bellū gerit: quomodo erit bellū gerenti cum Creatore in quo viuimus mouemur & sumus? ] Horrendum est incidere in manus Dei viuētis ] ad *Hebr. 10.*

## Admonitio pro ante traditorum vsu.

**S**ublunget memoratus Loartes in *cap. 29.* admonitionem saliquot puncta continentem. Primum est, non omnia tradita remedia, esse singulis Pœnitentibus proponenda: quia id nimis prolixum esset; sed quæ ex audita confessione iudicabuntur cuique necessaria esse, & sufficere posse ad ipsius curationem. Non igitur omnia alicui speciali peccato assignata, debent cuiilibet indifferen: et accommodari, sed tantum ea quæ ab eo, cuius confessionem excipit Confessarius, capi possunt, & esse vsui.

Secundum est, cum Pœnitens variis peccatis implicatus ab omnibus pariter oppugnetur: ita vt differentibus peccatis æq; è consulendum sit, tunc sufficere vnicui singulis remedium attribueri; nisi quod conueniat plura adferri aduersus illud à quo Pœnitens vehementius impugnari inuenitur.

Tertium est, quod dicitur de remediis, idem esse dicendum de pœnitentiis assignatis pro variis peccatis: nempe vt non omnes indifferenter imponantur, sed prout peccati & peccatoris conditio exegerit; ac cum fuerint peccata diuersa, pro vno quoque aliqua pœnitentia imponatur, accommodata ei secundum antedicta: sique aliquod ex iisdem peccatis grauius fuerit, plures ex talibus pœnitentiis imponere conueniet.

Quartum est, consultum esse vt Confessarius eiusmodi Pœnitentias adiunctis remediis in promptu habeat, simulque diligens sit in aliis, quæ multa sunt, comparandis librorum lectione, & communicatione cum iis quos nouit in hac exercitatione bene versatos: & imploratione auxiliij Spiritus sancti; ex cuius maximè impulsu dirigi oportet in peccatis curatione, vt ea fit cum fructu. Remedia particularia aduersus varias species peccatorum, ex memoratis fontibus manantium, relinquemus Confessario, lectione librorum piorum (quam debet familiarem habere) sibi comparandas, præsertim cum nimia prolixitas vitanda sit: & quæ cōparauerimus propriâ industriâ tanquam magis placentiâ, inculcentur cum maiore sensu. Adde & quod antedicta sufficiant ad Confessarium ipsam dirigendum in illis eligendis, vt & in supplendo illorū defectu, quod fit docedo tale speciale peccatum, ex tali fonte generali oriri, cui adhiberi debeant hæc

vel

vel illa remedia. In particularibus vero poenitentis imponendis pro particularibus peccatis, poterit dirigi tum antea propofitis: tum etiam canonibus poenitentialibus, in eum finem defcriptis in proximè præcedenti capite. De cæteris quæ particulariter circa nonnulla sunt obfervanda dicendū erit fuis locis, cum ex instituto quæ obfervatorum sunt propria tractabuntur in fequenti parte tertia.

## CAPVT VII.

De adimpletione fatisfactionis, feu poenitentia à Confef-  
fario impofita.

## S V M M A R I V M.

- 75 Improporionatam fatisfactionem fibi impofitam non tenetur Poenitens implere. Nec etiam proporionatam, cum confiteri abfolu-  
tionem datam, fuiffe in alidam.
- 76 Acceptatam fatisfactionem legitimam non implere, fine veniale  
an mortale, & quod non ficut confilij est impofitam fatisfactionem  
acceptare: fic est acceptatam implere, fed neceffaria.
- 77 Eam non implere per obliuionem, aut negligentiam: nifi obliuio fit  
afficta & negligentia grauis, non est peccatum mortale. Nec item  
cum impofita est pro peccatis venialibus, aut pro mortalibus iam a-  
lias rite confefus: nifi fit grauis, impofita iufta aliqua de caufa. Nec  
denum cum pro mortalibus leuis impofita fuerit.
- 78 Satisfactio præcepta à Confefario per modum monitionis, de eo  
ad quod Poenitens tenetur, non inducit obligationem.
- 79 Quid fit iudicandum de fatisfactione non impleta eo tempore, pro  
quo impofita est. Quod idem de fatisfactioni ftatim implenda.
- 80 Satisfactionem, vt in medicinam inftituitur, Poenitens per fe tan-  
tum implere potest: vt vero inftituitur in folutionem poenæ peccatis  
debitæ, potest tum per fe, tum per alium de confenfu Confefarij.
- 81 Ex iufta caufa potest Confefarius fuo Poenitenti imponere fatisfac-  
tionem implendam fuae per feipfam fuae per alium. Ex requifita vt  
fructuofa fit fatisfactio vnus pro alio: qua funt charitas, & ratio-  
nabile caufa.
- 82 Debet Poenitens effe abfolutè paratus per fe exequi iuftam fatisfac-  
tionem à fe acceptatam: neque pro ipfo fufcepta ab alio, valet ei fi  
non impleatur. Nec eadem operâ potest quis pro fe & pro alio fatis-  
facere: atque rationes cur non debeat facile Confefarius fatisfac-  
tionem imponere per alium implendam.
- 83 Quando poffit aut non poffit Confefarius Poenitentem obligare ad  
implendam fatisfactionem priusquam abfoluatur.
- 84 Ad Sacramenti integritatem valere potest fatisfactio facta in pec-  
cato mortali. Satisfactioque facta in peccato mortali non fortitur  
quidem effectum fuum remiffionis poenæ, manent tati ftatu: eo ta-  
men mutato in ftatum gratiæ, probabile eft fortiri.

Quæftio prima occurrit, An peccet qui impofitam à Confefario, & à fe  
acceptatam fatisfactionem, Poenitenti amue  
non implet.

75.

**A**D hanc communiter refpondetur, non peccare, fi cõ-  
fter ei, quod impofitio contineat intolerabilem erro-  
rem: vt cenfetur, cum fatisfactio eft nimis improporionata  
peccatis confefsis, aut Poenitenti ipfi. Tunc enim ea tanquã  
fententia iniufta, non ligat. Sic tenentes authores refert Hé-  
riquez in fua fuma lib. 5. cap. 22. §. 3. lit. O. in margine. Immo ne  
fi quidem proporionata fit, fed Poenitenti ipfi confter abfolu-  
tionem fibi datam fuiffe inualidam. Pro quo idem Henri-  
quez in feq. §. 7. duas rationes adfert. Prior eft, quod acceptata  
fit fatisfactio, fub conditione compenfationis, per illius fru-  
ctum. Pofterior eft, quod fecunda fententia non obliget, cū  
non obligat primaria: præfertim in hac re, in qua abfolutio-  
ne exiftente inualida, percipi nequit fructus fatisfactionis  
Sacramentalis: qui nullus eft, nifi repetita de nouo confef-  
fione cum impofitione fatisfactionis, accipiatur abfolutio  
Sacramentalis valida.

76.

Extra eos cafus autem, ac quando impofita fuerit fatisfac-  
tio legitima, eum qui acceptatam non implet, peccare do-  
ctores contentiunt quidem: fed de grauitate peccati diffen-  
tiant. Nam Caiet. in tono 1. opufc. tract. 6. quæft. 2. ad 2. exiftimat  
peccare folum venialiter, dum modo contemptus abfit: cui  
Fumus affentitur in verbo Satisfactio. um. 5. Fundamentum i-  
plorum eft, quod iatisfactio fit folutio poenæ temporalis, quæ

fi hic non foluatur, foluetur in Purgatorio: ideoque illius om-  
miffio nõ excludit à regno cælorum. Multi verò alij, tam re-  
centiores quam antiquiores, quos commemorat Alpho-  
fus à Vivaldo in priore parte Candel. aurei, cap. De fatisfactione, nu.  
26. fentiant mortaliter peccare eum qui pro fuis peccatis  
mortalibus à Confefario impofitam fibi & à fe acceptatam fa-  
tiffactionem notabiliter magnam, non implet, omitendo  
eam fcienter ac voluntariè. Nam in materia graui peccat, &  
ideo mortaliter: perinde ac in voti violatione peccat quis,  
cum nec paruitas rei nec indeliberatio excufat. Multa autem  
infinuantur in hac fententia, quæ vt obfervatione digna pro  
praxi, tradenda funt plenius & apertius.

Primum eft quod quamuis ex præced. num. 15. liberum fit  
Poenitenti recufare vel admittere Poenitentiam à Confef-  
fario impofitam: poftquam tamen præceptam (fecus fi tantū  
confultam) acceptauerit obligatur eam implere, non eo tan-  
tum nomine, quod acceptauerit: fed etiam quod ad eam ob-  
ligatus fit à Confefario, qui perinde poteftatem ligandi ha-  
bet ac foluendi, ex definitione Concilij Trident. feff. 14. cap. 8.  
& Can. 15. & cuius fententia non minorem habet vim in fo-  
ro interno, quam alterius Iudicis fententia in foro externo:  
quæ implenda eft fub mortali; vt patet ex graui poenæ, quæ  
non implenti iniungitur in cap. 2. de maioris. & obediens. Itaque  
vt vouere confilij eft, & reddere votum femel nuncupatum,  
eft præcepti ex cap. Magna. De voto & voti redempt. ita acceptate  
poenitentiam iniungendam liberum quidem eft Poenitenti, dū-  
modo velit hic vel in purgatorio aliter fatisfacere; & attamen  
acceptatam implere tenetur.

Secundum eft: fi fatisfactionem impofitam contingat nõ  
impleri per obliuionem vel negligentiam leuem, id non effe  
putandum peccatum mortale: nam obliuio nifi fit afficta  
ponitur inter fpecies ignorationis excufantis à peccato mor-  
tali: tanquam impedimentum plenæ libertatis in agendo  
vel omitendo. Deinde cum negligentia, quã id omititur  
quod debet & potest fieri, dicitur effe peccatum mortale, in-  
telligendum eft de negligentia notabili: vt ab alijs notatum  
refert Nauarr. ad cap. Contrarium de poeniten. diftinct. 5. num. 18. Et  
ratio effe potest, quod ne quidem homo, amicitiam in itam  
cum homine, rationabiliter fcindat ob leuem ipfius negli-  
gentiam.

Tertium eft: non implere poenitentiam, tantum pro ve-  
nialibus impofitam, fi abfit contemptus, non effe commu-  
niter peccatum mortale. Hoc Nauarr. expreffit in Enchin. cap.  
21. nu. 43. Cuius ratio effe potest, quod peccato leui, propor-  
tionata fit fatisfactio leuis, feu non magna notabiliter. Cui  
verò dictum fit, communiter, ratio eft quod interdum Confef-  
farius iufta de caufa imponat magnam poenitentiam pro ali-  
quibus venialibus, eo quod tali remedio opus fit ad euitan-  
dum aliquod graue malum aliqui fecuturum. Nec obftat,  
quod Confefarius debeat fatisfactionem imponere fecun-  
dum qualitatē peccatorum, ex Concilij Trident. feff. 14. cap. 8.  
quia potest interdum contingere, vt peccatum veniale quod  
eft in fe leue, fit graue in fuo effectu: quia nifi emendetur ge-  
neraturum eft aliquod graue malum. Sic (vt habet Henri-  
quez in fua fuma lib. 5. cap. 20. §. 3. Religiofo pro multis & pe-  
riculofis venialibus peccatis, dignè imponitur grauis poenit-  
entia clauæ non errante. Hocque dictum de venialibus,  
pariter dici potest (quod idem author infinuat ibidem, & ex  
Soto & alijs habet Suarez. tom. 4. difpu. 38. feft. 7. num. 5.) de mor-  
talibus iam alias debitè confefsis, pro quibus tanquam non  
amplius excludentibus à gratia Dei, leuis fatisfactio, vt & pro  
venialibus, communiter imponenda eft. Quanquam iufta  
de caufa, vt cum quis inftituit confeflionem generalem to-  
tius vite, grauem imponi nihil obftat.

Quartum eft: nec peccatum mortale effe fatisfactionem  
non implere, fi impofita fit quidè pro mortalibus, fed leuis;  
vt fieri potest ob poenitentis infirmitatem. Itud fententiam  
cõmunem effe habet Henricus in fequenti §. 4. lit. M. Ratio autè  
eft, quam habet Suarez in cir. nu. 5. quia licet caufa tuic fit gra-  
uis, tamen materia præcepti non eft fufficiens ad tantã obli-  
gationem vt patet: quia fi illa effer materia partialis, omiffio  
illius nõ effer mortalis ob materiæ paruitatē. Ergo neq; eft,  
licet fit totalis. Idem iudicium eft, vt ex Medina idem Suarez  
addit, fi Confefarius, etiam fi grauem fatisfactionem impo-  
nat, velit tamen Poenitentem obligare folummodo fub venia-  
li.